十二月二十七日
聖若望宗徒兼聖史

白色　二等

德 15：5；詠 91：2

In médio Ecclésiæ apéruit os eius: et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum. Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime. Glória Patri, et Fílio.

進臺詠

在教集會中，上主使他開口發言使他充滿上智聰敏之神，叫他穿上光榮的長袍。——至高者！最幸福的事情，是讚美上主，歌頌主名。願光榮歸於父.....。

Ecclésiam tuam, Dómine, benígnus illústra: ut, beáti Ioánnis Apóstoli tui et Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum nostrum.

集禱經

上主，求你惠然光照祢的教會，使她因祢宗徒和聖史若望訓誨的照耀，能得到永遠的恩賜賤。因我們的主.....。

Pro Octava Nativitatis.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet; quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet. Per eúndem Dóminum nostrum.

聖誕八日慶期紀念

全能的天主，求祢開恩：我們在罪惡的古舊枷鎖下為奴，祈望祢取了肉軀體的唯一聖子的新生，解救我們。因我們主.....。

德 15：1 – 6

Qui timet Deum, fáciet bona: et qui cóntinens est iustítiæ, apprehéndet illam, et obviábit illi quasi mater honorificáta. Cibábit illum pane vitæ et intelléctus, et aqua sapiéntiæ salutáris potábit illum: et firmábitur in illo, et non flectétur: et continébit illum, et non confundétur: et exaltábit illum apud próximos suos, et in médio ecclésiæ apériet os eius, et adimplébit illum spíritu sapiéntiæ et intelléctus, et stola glóriæ véstiet illum. Iucunditátem et exsultatiónem thesaurizábit super illum, et nómine

書信

敬畏上主的，必如此而行；謹守法律的，必獲得智慧。智慧有如一位榮耀的母親去迎接他，又如一位童貞的新娘收留他，要用生命和明智的食物養育他，用有益的智慧之水，給他當飲料。他依靠智慧，便不致動搖；他信賴智慧，就不致受辱。智慧要舉揚他超越他的同伴；在集會中，使他開口發言，使他充滿上智聰敏之神，叫他穿上光榮的長袍，使他獲得喜樂和愉快的冠冕，叫他承

ætérno hereditábit illum, Dóminus, Deus noster.

受名垂千古的基業。

若 21：23，19

臺階詠

Exiit sermo inter fratres, quod discípulus ille non móritur: et non dixit Iesus: Non móritur, Sed: Sic eum volo manére, donec véniam: tu me séquere.

於是在兄弟們中間傳出這話說：「那門徒不死。」其實耶穌並沒有說：他不死，而只說：「我如果要他存留直到我來，與你何干？，跟隨我罷！」

若 21：24

亞肋路亞

Allelúia, allelúia. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his: et scimus, quia verum est testimónium eius. Allelúia.

亞肋路亞，亞肋路亞。為這些事作證，且寫下這些事的，就是這個門徒，我們知道：他的作證是真實的。亞肋路亞。

若 21：19 – 24

福音

In illo témpore: Dixit Iesus Petro: Séquere me. Convérsus Petrus vidit illum discípulum, quem diligébat Iesus, sequéntem, qui et recúbuit in cena super pectus eius, et dixit: Dómine, quis est qui tradet te ? Hunc ergo cum vidísset Petrus, dixit Iesu: Dómine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum volo manére, donec véniam, quid ad te? tu me séquere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discípulus ille non móritur. Et non dixit ei Iesus: Non móritur; sed: Sic eum volo manére, donec véniam: quid ad te? Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his, et scripsit hæc: et scimus, quia verum est testimónium eius.

那時候，耶穌說這話，是指他將以怎樣的死，去光榮天主。說完這話，又對伯多祿他說：「跟隨我罷！」伯多祿轉過身來，看見耶穌所愛的那個門徒跟著，即在晚餐時靠耶穌胸膛前問：「主！是誰出賣你？」的那個門徒。伯多祿一看見他，就對耶穌說「主他怎樣？」耶穌向他說：「如果要他存留直到我來，與你何干？你只管跟隨我。」於是在兄弟們中間傳出這話說：「那門徒不死。」其實耶穌並沒有說：他不死，而只說：「我如果要他存留直到我來，與你何干？」為這些事作證，且寫下這些事的，就是這個門徒，我們知道：他的作證是真實的。

詠 91：13

奉獻詠

Iustus ut palma florébit: sicut cedrus,

正義的人像棕櫚茂盛，似黎巴嫩

quæ in Líbano est, multiplicábitur.

的香柏高聳。

Súscipe, Dómine, múnera, quæ in eius tibi sollemnitáte deférimus, cuius nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum nostrum.

密禱經

主，求祢收納我們在他若望慶節所獻上的禮物；我們深信能賴他的蔭庇，得到解救。因我們的主.....。

Pro Octava Nativitatis.

Obláta, Dómine, múnera, nova Unigéniti tui Nativitáte sanctífica: nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per eúndem Dóminum nostrum

聖誕八日慶期紀念

主，求祢因著祢唯一聖子的新誕生，祝聖我們所呈奉的獻儀，並洗去我們的罪污。因同一主的.....。

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia per incarnáti Verbi mystérium nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut, dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amorem rapiámur. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus cumque omni milítia cæléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes.

聖誕頌謝詞

主，聖父，全能永生的天主，我們時時處處感謝祢，實在是理所當然的，並能使人得救。因為藉着聖子降生的奧蹟，祢榮耀的新光，照亮了我們的心目，使我們由於認識識降生可見見的天主，而嚮慕不可見的事理。為此，我們隨同天使，總領天使，以及天上神聖，歌頌祢的光榮，不停地歡呼：

若 21 : 23

領主詠

Exiit sermo inter fratres, quod discípulus ille non móritur: et non dixit Iesus: Non móritur; sed: Sic eum volo manére, donec véniam.

於是在兄弟們中間傳出這話說：「那門徒不死。」其實耶穌並沒有說：他不死，而只說：「我如果要他存留直到我來，與你何干？」

領聖體後經

Refécti cibo potúque cœlésti, Deus noster, te súpplices exorámus: ut, in

我們的天主，我們已由天上的飲

cuius hæc commemoratióne percépimus, eius muniámur et précibus. Per Dóminum nostrum.

食而受到滋補養，向祢謙恭呼求務使我們既己經為紀念聖若望而領了聖筵，也仗賴他的祈求，蒙到祢的護佑。因我們主.....。

Pro Octava Nativitatis.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divínæ nobis generatiónis est auctor; ita et immortalitátis sit ipse largítor: Qui tecum vivit et regnat

聖誕八日慶期紀念

全能的天主，求祢開恩：使今日誕生的救世者，- 既賞了我們神生的創造者，也成為也成為賜予我們永生之恩的腸予者。祂和祢.....。